

2188. 1416¹⁾ d. 10 Febr. Vadstena kloster.

Vadstena kloster till sin confessor generalis Ericus Johannis med bön att han snart måtte återvända samt med underrättelser från klostret.

Afskr. i Codex 6 (Benz.) i Upsala Univ:s bibl., fol. 55 v.

Filiali in Domino salutacione sincere et reuerenter premissa. Pater amatissime. Scripsimus vobis nouiter statum nostrum, qui adhuc eodem moderamine perseuerat, sed anima nostra pre expectacionis tedio plus solito deficit et liquescit; volebamus vos, pater karissime, abire breuiter in regionem longinquam acceptare locum monasterii et reuerti, et ecce facitis de peregrinacione patriam, de exilio requiem, moram trahendo apud extraneos nimis longam, que nobis vestris ouiculis est nociua; verum tamen non dubitamus quin hoc facit vestra impotencia, non voluntas, sed non modicum nostrum lenigaret dolorem si paternitas vestra erga se contingencia nobis sepius per literas intimaret, nec nostra filiatio in scribendo vobis tam tepida huc vsque fuisset nisi nimia locorum distancia uel intermeancium raritas contraheret. Item noueritis quod frater S[torkarus] adhuc egritudinis lectulum non dimisit sed frater N[icolaus] laycus iam cepit caput erigere ad salutem. Ceterum nos vestris deuotis oracionibus recommendamus, Deum humiliter deprecantes quatenus faciem vestram videre mereamur infra breue, negociacione vestra perducta debitum ad effectum. Paternitatem vestram conseruet Altissimus in sua gracia incolumem et felicem. Scriptum monasterio Watzstenensi, ipso die sancte Scolastice virginis, nostro sub sigillo.

Hec nos soror Gerdica abbatissa et vterque conuentus monasterii Watzstenensis vestre paternitatis filie et filii sinceri.

Adress: Religioso viro ac patri nostro in Christo karissimo fratri Erico confessori generali monasterii Watzstenensis reuerenter et sincere detur.

2189. 1416 d. 15 Febr. Skeninge.

Gödeke Henriksson, kyrkoprest å Kopperberget, säljer till Nisse Nannesson en gård vid Follingegatan i Skeninge.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Alla the men thetta breff høra æller se helsar jak Gødheka Henricson, kyrkio-prest a Koperbergheno i Dalum i Vestmannalande, kerlika meth Gudhi, oc skal allom viterlikt vara, at jak kennis openbara meth thesso mino opno brewe mik saalt, vnt oc vplatit haua biskedhelikom manne Nissa Nannason min gaardh, som iak æpter min fadher oc modher ærffdhe, Gudh thera sieel havi, hulken gardher, som ligger a Falingesgatw fraan gatunne oc nidh til aana, meth hws oc jordh, engo vndantakno, for femtighi marker oc hundradha, oc kennis jak mik for:da penninga summo til

¹⁾ Årtalet saknas, men brevet bör hänföras till ofvanstående år; se noten å sid. 105.